

# De patientia.

41

captiuus trahitur in culpam: nec præcepis trahitur in vitium. Secundo ut virtutes custodiuntur: & homo non cadat in culpam, vt patet in Paulo. Quidam enim Deus præcens multa posse peccata committere flagellat eos infirmitate corporis, ne delinquit, vteis utilius sit frangi langoribus ad salutem, quam remanere incolumes ad damnationem. Tertio ut pec-

Num. 12  
Ioan. 8  
captia corrigitur: sicut patet in Maria forore Moysi, & in paralytico curato, cui Dominus dixit, Vade, am plus noli peccare, ne tibi aliquid deterius contin- 10 gat. Molefitus est medicus furèi phreneticus, & Deus indisciplinato viro, & peccanti. Ille ligando, iste per infirmitatem corpus cadendo, sed ambo diligendi. Si autem isti negligant, & perire permittant, potius odifile quam diligere dicendi sunt. Quartò ut glorifi-

Ioan. 11.  
cetur Deus, vt dicit dominus de morte Lazarii. Infirmitas hęc non est ad mortem, sed pro gloria Dei. Volens enim Deus sanare, & sanando manifestare suam potentiam immitrit infirmitates, vt ex repente mi-

Ioan. 9.  
raculo qui vident, Deum glorificant: sicut de caco 20 nato facra Euangelij testatur historia. Quintò ut fiat non emendatis initium futura pœna. Nam pœna praefens, qua iniusti animum à prauis desideriis non mutat, ab aternis suppliciis nō liberat, & quem praefenta mala non corrigit, ad sequentia perduntur.

Prope. 3.  
Ex quibus patet quam gaudenter debeamus hanc do- minii correptionem lucipere, unde scriptura ait. Dis- ciplinam domini ne abiicias, neque fatigaris, cum ab eo corriperis. Si ferrum es, per infirmitatem ardorem rubiginem amittis: si argentum, per ignem soli- 30 das, si vero aurum, exercitatum per ignem à magnis ad maiora prouicheris. Soli illi in hac Dei correptione deficiunt, qui sine patientia sunt. Tantòque magis per ipsam proficit quisque, quanto in virtute patientiae perfectior fuerit. Perfectiones autem proximorum, quas constanter ferre debemus, tripli- citer patimur: scilicet verborum contumelias, vel corporum molestias, vel amissione rerum. Sed qui verborum contumelias preflus virtutem patientiae seruare non sufficit: sanctum Daud ad memoriam reuocet qui cum Semeli cōiunctus vrgretur, & armati

2 Re. 16.  
processus vel cisi contendenter, ait: Quid mihi & vo- bis filij Saruia: &c. Quibus verbis indicat, quod insurgentem peccato Bersabea contra se filium fugies reduxit ad animum malum, quod fecit: & contumeliosa verba non tam coniuria, quam adiutoria credidit: quibus se purgari, fibi que miseriari posse indicauit. Plena itaque victoria est ad contumeliam acclama- manti non respondere, & tacere eo prouocante. Ha- bies enim mercedem de tua patientia, & de fratribus medela, si obliuionis detur iniuria. Nam sicut nihil est deformius, quam respondere furiosi: ita nihil est utilius, quam tacere nobis prouocatis. Nullus est fi- nis inimicitii, nisi ad tempus obtemperemus iratis.

Matt. 5.  
Quantam vero patientiam habere debeamus, in mo- lefis corporum, insinuant dominus, dicens: Si quis te perceruerit in ynam maxillam, præbe ei & alteram. Cum enim difficile inueniatur, qui zelo virtutis car- nem suam castriget, amicus existimadus est: qui ipsius carnis concupiscentias corpus affligendo refecat. Na- 50 et si ad tempus videatur onerolum, tolerando tamen fortiter, pacem reperiit in corde: qui prius bella patiebatur in carne. Pro amissione vero temporalium gaudendum est. Nihil tamen perdit, qui se habet. Di-

cit tamen querimoniose qui dilexit & amissit tem- poralia, pecuniam perdidit, Fortasse si non perdidit, illa te perdidit. Felicem te dixerim, si cum illa au- ritiam perdidisti, antequam tu haberet, alius illam perdidit. Intellige tamen quam multis cupiditatibus via præcisa est. Dives enim in superfluitatibus resoluitur: à laetitia effrenatur, currit ad libitum, & corruit ad illicitum, & fuit instrumenta prænarum, quæ fuerunt oblectamenta culparum. Labor in acquirendo, dolor in amittendo, timor in possiden- do, mentem eius semper fatigat, solicitat & affligit. Sola autem illa vera diuitia sunt, quæ nos virtutibus ditant: quas tunc vertus posidemus, cum nihil in hoc mundo amamus. Qui enim nihil amat, perdit nihil. Sine dolore enim amittitur, quod sine amore posideatur. Quæ vero ardenter diligimus habita, ardent comploramus ablata. Tentationes autem diaboli, quamvis laboriosæ sint, magno cum animo sustinente sunt. In primis grauis & dirus est impetus diaboli: quod si quis fortior animo sustinuerit, semper inueniet infirmorem. Quantò enim plus percur- fus erit, tantò magis refrigerescit & deficit. Ad tentationem igitur pugnas animas præparemus, & in- telligamus: quia quantò studiofiores pro nostra salu- te fuerimus, tanto vehementius ab aduersariis impe- diemur. Sed fortior est, qui in nobis est, quam qui aduersum nos est, & per ipsum validi sumus; in cuius virtute confidimus. Ob huc se Dominus Iesus tentari a tentatore permisit: vt cuius munimur auxilio, ex eiusdem munirem exemplum. Pugnauit ille, vt & nos postea pugnaremus: visit ille, vt & nos similiter vinceremus. Nulla sunt enim sine temptationum expe- rimentis opera virtutis, nulla sine probatione fides, nullum sine hoste certamen, nulla sine aggræsione victoria. Vita hac nostra in mediis insidiarum, in medio præliorum est. Si nolumus vinci, vigilan- dum est. Si volumus superare, pugnandum est. Et 40 ideo sapientissimus Salomon. Fili, inquit, accedens ad seruitutem Dei, præpara animam tuam ad temptationem. Vir enim Dei patientia plenus, sciēs studium religionis laborem habere certaminis, cum præuideret pugnare periculum, antè admonuit pugna- turum, ne forsan li ad ignorantem tentator accederet, imparatum citius vulneraret. Nos igitur qui di- uinis institutionibus erudit ad agonem certaminis accessimus: audiamus dicentes Apostolum. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potefates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia ne- quitias in cœlestibus. Non ignoremus, quod hi hostes nostri contra se omnia geri sentiunt, quæcumque nos pro nostra salute agere tractamus: & hoc ipso quod aliquid boni appetimus, aduersarios prouocamus: Hæc enim inter nos atque illos per diabolica iniuri- ë formitem inueniatur a disensione est: vt quia illi à bo- nis excederunt, ad quæ nos Deo auxiliante prouochi- mur, nostris iustificationibus torqueantur. Si ergo nos erigimur, illi corruiunt: si nos conualescimus, illi infirmantur. Remedia nostra plaga ipsorum sunt: quia curatione vulnerum nostrorum vulnerantur. Ipsorum nanque est mala suggestere, sed nostrum est non consentire. Quoties eis resistimus, toties lu- peramus, angelos glorificamus, Deum honoramus: qui mandat vt pugnemus, adiuuat vt vincamus, consoli-

Eccle. 2.

Ephe. 6.